

MOLITVE PRIJE I POSLIJE JELA

prema tradicionalnom rimskom obredu



BENEDICTIO MENSÆ

ANTE PRANDIUM

Sacerdos benedicturus mensam, incipit: Benedícite, et alii repetunt: Benedícite.

Deinde sacerdos incipit versum:

Oculi ómnium, et alii prosequuntur: in te sperant, Dómine, et tu das escam illórum in témpore oportúno. Aperis tu manum tuam, et imples omne ánimam benedictióne.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

Pater noster, secreto usque ad **Ÿ**. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Postea sacerdos dicit:

Orémus.

Bénedic, Dómine, nos, et hæc tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumptúri. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

PRIJE DORUČKA

Svećenik, koji će blagosloviti stol (tj. jelo), započne: Blagoslovite, i drugi ponove: Blagoslovite.

Zatim svećenik započne stih:

Oči svih, i drugi nastave: uzdaju se u tebe, Gospodine, i ti im daješ hranu u pravo vrijeme. Ti otvaraš svoju ruku, i ispunjaš blagoslovom sva živa bića.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Gospodine, smiluj se.
Kriste, smiluj se.
Gospodine, smiluj se.

Oče naš, potiho do:

Ÿ. I ne uvedi nas u napast.

R. Nego izbavi nas od zla.

Nakon toga, svećenik kaže:

Pomolimo se.

Blagoslovi, Gospodine, nas i ove tvoje darove, koje ćemo primiti iz tvoje darežljivosti. Po Kristu Gospodinu našem. **R.** Amen.

Deinde lector:

Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Mensæ cæléstis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ. **R.** Amen.

POST PRANDIUM

aguntur gratiae hoc modo:

Dicto a lectore Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R.** Deo grátias, omnes surgunt.

Sacerdos incipit:

Ÿ. Confíteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua.

R. Et Sancti tui benedícant tibi.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Postea sacerdos dicit:

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérsis benefíciis tuis: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum.

R. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus 50 Miserére mei, Deus.

Zatim čitač:

Udostoj se, gospodine, blagosloviti.

Blagoslov. Dionicima nebeskoga stola neka nas učini Kralj vječne slave. **R.** Amen.

NAKON DORUČKA

obavljaju se zahvale na ovaj način:

Nakon što čitač kaže A ti, Gospodine, smiluj nam se. **R.** Bogu hvala, svi ustanu.

Svećenik započne:

Ÿ. Neka te slave, Gospodine, sva tvoja djela.

R. I neka te sveti tvoji blagoslavljavaju.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Nakon toga svećenik kaže:

Zahvaljujemo tebi, svemogući Bože, za sva tvoja dobročinstva: Koji živiš i kraljuješ u vijeke vjekova.

R. Amen.

Zatim se naizmjenično govori psalam 50. Miserére mei, Deus.

Psalmus 50

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas, cum iudicáris.

Ecce enim, in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim, veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Psalam 50.

Smiluj mi se, Bože, * po velikom milosrđu svojem.

I po mnoštvu svojih smilovanja * izbriši bezakonje moje.

Posve me operi od bezakonja mojega * i od grijeha mojega očisti me.

Jer ja spoznajem bezakonje svoje, * i grijeh je moj uvijek protiv mene.

Tebi sam jedinomu sagriješio i zlo pred tobom učinio: * da se nađeš pravedan u riječima svojim, i dobiješ kada te sude.

Jer, evo, začet sam u bezakonjima: * i u grijesima me začela majka moja.

Jer, evo, ljubio si istinu: * objavio si mi sakrivene i tajne stvari mudrosti svoje.

Poškropit ćeš me hisopom, i očistit ću se, * oprat ćeš me i postat ću bjelji od snijega.

Mojem slušanju dat ćeš radost i veselje: * i klicat će kosti ponižene.

Odvрати lice svoje od grijeha mojih: * i sva bezakonja moja izbriši.

Srce čisto stvori u meni, Bože, * i duh pravi obnovi u mojim grudima.

Ne projícias me a fácie tua: * et Spíritum Sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spírítu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribútus: * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiónes, et holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sæculórum. Amen.

Ne odbaci me od lica svojega: * i Svetoga Duha svojega ne oduzmi od mene.

Vrati mi radost svojega spasenja, * i potvrđi me duhom jakim.

Učit ću bezakonike putevima tvojim, * i bezbožnici će se k tebi obratiti.

Oslobodi me od krvi prolivene, Bože, Bože spasenja mojega, * i jezik će moj klicati pravdnosti tvojoj.

Otvorit ćeš, Gospodine, usne moje, * i usta će moja navješćivati hvalu tvoju.

Jer da si želio žrtvu, bio bih je doista prikazao: * ali se žrtve paljenice tebi ne mile.

Žrtva je Bogu duh raskajan, * srce skrušeno i poniženo, Bože, nećeš prezreti.

Blag budi, Gospodine, u dobroj volji svojoj Sionu, * da se izgrade zidovi Jeruzalema.

Tada ćeš primiti žrtvu pravde, prinose i paljenice; * tada će postaviti na žrtvenik tvoj junad.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Vel psalmus 116

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli: Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

Sacerdos dicit Pater noster, quod cum aliis secreto prosequitur usque ad

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Dispérsit, dedit paupéribus.

R. Justítia ejus manet in sǎculum sǎculi.

Ÿ. Benedícam Dóminum in omni témpore.

R. Semper laus ejus in ore meo.

Ÿ. In Dómino laudábitur ánima mea.

R. Audiant mansuéti, et læténtur.

Ÿ. Magnificáte Dóminum mecum.

R. Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Ili psalam 116.

Hvalite Gospodina, svi narodi: * hvalite ga, svi puci:

Jer je potvrđeno nad nama milosrđe njegovo, * i istina Gospodnja ostaje dovijeka.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Gospodine, smiluj se.
Kriste, smiluj se.
Gospodine, smiluj se.

Svećenik kaže Oče naš, koji s drugima potiho nastavi sve do:

Ÿ. I ne uvedi nas u napast.

R. Nego izbavi nas od zla.

Ÿ. Podijelio je, dao siromasima.

R. Pravednost njegova ostaje u vijeke vjekova.

Ÿ. Blagoslivljat ću Gospodina u svako vrijeme.

R. Uvijek je hvala njegova na mojim ustima.

Ÿ. U Gospodinu će se hvaliti duša moja.

R. Neka čuju krotki i neka se raduju.

Ÿ. Veličajte Gospodina sa mnom.

R. I uzvisujmo njegovo ime zajedno.

Ÿ. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Deinde sacerdos absolute dicat:

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam æténnam.

R. Amen.

Ÿ. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Ÿ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Pater noster, *totum secreto.*

Quo finito, sacerdos dicit:

Ÿ. Deus det nobis suam pacem.

R. Amen.

Ÿ. Bilo ime Gospodnje blagoslovljeno.

R. Od sada i dovijeka.

Odmah zatim svećenik kaže:

Dostoj se, Gospodine, sve koji nam dobro čine, poradi imena svojega, nagraditi životom vječnim.

R. Amen.

Ÿ. Blagoslivljajmo Gospodina.

R. Bogu hvala.

Ÿ. Duše vjernih mrtvih po milosrđu Božjem počivale u miru.

R. Amen.

Oče naš, *u cijelosti potiho.*

Kad se dovrši, svećenik kaže:

Ÿ. Neka nam Bog podari svoj mir.

R. Amen.

ANTE CENAM

Sacerdos benedicturus mensam, incipit: Benedícite, et alii repetunt: Benedícite.

Deinde sacerdos incipit *Ÿ*.: Edent páuperes, et alii **prosequuntur**: Et saturabúntur, et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum: vivent corda eórum in sáeculum sáeculi.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

Pater noster, **secreto usque ad** *Ÿ*. Et ne nos indúcas in tentatió-nem:

R. Sed líbera nos a malo.

Orémus.

Bénedic, Dómine, nos, et hęc tua dona, quę de tua largitáte sumus sumptúri. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Lector: *Ÿ*. Jube, domne, benedícere.

Benedictio. Ad cenam vitę ætérnę perdúcat nos Rex ætérnę glórię. **R.** Amen.

PRIJE VEČERE

Svećenik, koji će blagosloviti stol (tj. jelo), **započne**: Blagoslovite, i drugi **ponove**: Blagoslovite.

Zatim svećenik **započne** *Ÿ*.: Blagovat će siromasi, i drugi **nastave**: I nasitit će se i hvalit će Gospodina oni koji ga traže: živjet će srca njihova u vijeke vjekova.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Gospodine, smiluj se.
Kriste, smiluj se.
Gospodine, smiluj se.

Oče naš, **potiho do riječi**: *Ÿ*. I ne uvedi nas u napast.
R. Nego izbavi nas od zla.

Pomolimo se.

Blagoslovi, Gospodine, nas i ove tvoje darove, koje ćemo primiti iz tvoje darežljivosti. Po Kristu Gospodinu našem. **R.** Amen.

Čitač: *Ÿ*. Udostoj se, gospodine, blagosloviti.

Blagoslov. Do večere vječnoga života neka nas dovede Kralj vječne slave. **R.** Amen.

POST CENAM

aguntur gratiae ut post prandium,
sed dicitur *Ÿ*.:

Memóriam fecit mirabílium
suórum miséricors et miserátor
Dóminus.

R. Escam dedit timéntibus se.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, * et in sácula sáculó-
rum. Amen.

Benedíctus Deus in donis suis, et
sanctus in ómnibus óperibus
suis: Qui vivit et regnat in sácula
sáculórum.

R. Amen.

Deinde alternatim dicitur ps. 116
Laudáte Dóminum, omnes gentes,
et reliqua, ut supra.

Quando semel comeditur, omnia
dicuntur ut in cena.

Praedictus modus benedicendi
mensam, et agendi gratias, servatur
omni tempore, praeterquam diebus
infrascriptis, quibus Versus et
Psalmi tantum variantur.

NAKON VEČERE

obavljaju se zahvale kao nakon do-
ručka, ali se govori *Ÿ*.:

Spomen svojih čudesa učini
milostivi i milosrdni Gospodin.

R. Hranu dade onima koji ga se
boje.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu
Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i
sada, i vazda, * i u vijeke vje-
kova. Amen.

Blagoslovljen Bog u svojim da-
rovima, i svet u svim svojim dje-
lima: Koji živi i kraljuje u vijeke
vjekova.

R. Amen.

Zatim se naizmjenično govori psa-
lam 116. Laudáte Dóminum,
omnes gentes, i ostalo kako je gore
napisano [str. 5.–6.].

Kad se samo jednom blaguje, sve
se govori kao na večeri.

Rečeni način blagoslivljanja jela i
zahvaljivanja, obdržava se u svako
vrijeme, osim na dolje propisane
dane, u kojima se razlikuju samo
stih [versus = *Ÿ*.] i psalmi.

IN NATIVITATE DOMINI

usque ad cenam diei 5 januarii exclusive dicitur:

V. Verbum caro factum est, allelúja.

R. Et habitávit in nobis, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Notum fecit Dóminus, allelúja.

R. Salutáre suum, allelúja.

Alia ut supra. **Ps. 97** Cantáte Dómino, vel **Ps. 116** Laudáte Dóminum, omnes gentes. **Qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis Solemnitatibus.**

Psalmus 97

Cantáte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus: * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, et exsultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi: * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

NA BOŽIĆ

i sve do večere 5. siječnja isključivo govori se:

V. Riječ je tijelom postala, alleluja.

R. I prebivala među nama, alleluja.

Slava Ocu.

Na kraju se govori:

V. Objavio je Gospodin, aleluja.

R. Spasenje svoje, aleluja.

Ostalo kao gore. **Psalam 97.** Cantáte Dómino, ili psal. 116. Laudáte Dóminum, omnes gentes. **Taj se psalam može uvijek moliti prema volji, pa i u drugim svetkovinama.**

Psalam 97.

Pjevajte Gospodinu pjesmu novu: * jer je učinio čudesa.

Spasila je sebi desnica njegova: * i sveta ruka njegova.

Obznanio je Gospodin spasenje svoje: * pred licem naroda objavio je pravdu svoju.

Spomenuo se milosrđa svojega: * i istine svoje domu Izraelovu.

Vidješe svi krajevi zemlje: * spasenje Boga našega.

Kličite Bogu, sva zemljo: * pjevajte, i kličite, i pjevajte psalme.

Pjevajte Gospodinu uz citru i glasom psalma: * uz duge trublje i glasom rožnate trublje.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini: * moveátur mare, et plenitúdo ejus: orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit iudicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in iustítia, * et pópulos in æquitáte.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Kličite pred licem kralja Gospodina: * neka se pokrene more i punina njegova: krug zemaljski i oni koji borave na njemu.

Rijeke će pljeskati rukama, gore će zajedno klicati pred licem Gospodnjim: * jer dolazi suditi zemlji.

Sudit će krugu zemaljskom po pravdi, * i narodima po pravici.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

IN EPIPHANIA et tempore Epiphaniae

V. Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, allelúja.

R. Reges Arabum et Saba dona addúcent, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Omnes de Saba vénient, allelúja.

R. Aurum et thus deferéntes, allelúja.

Glória Patri.

Ps. 71 Deus, iudícium tuum regi da, **vel Ps 116** Laudáte.

NA BOGOJAVLJENJE i u vrijeme Bogojavljenja

V. Kraljevi Tarza i stanovnici otoka prikazat će darove, aleluja.

R. Kraljevi Arapa i Sabe donijet će poklone, aleluja.

Slava Ocu.

Na kraju se govori:

V. Svi će iz Sabe doći, aleluja.

R. Noseći zlato i tamjan, aleluja.

Slava Ocu.

Psalam 71. Deus, iudícium tuum regi da, **ili psalam 116.** Laudáte.

Psalmus 71

Deus, iudicium tuum regi da: *
et iustitiam tuam filio regis:

Judicare populum tuum in iustitia, *
et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: *
et colles iustitiam.

Judicabit pauperes populi, et
salvos faciet filios pauperum: *
et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante
lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus:
* et sicut stillicidia stillantia super
terram.

Orietur in diebus ejus iustitia, et
abundantia pacis: * donec auferatur
luna.

Et dominabitur a mari usque ad
mare: * et a flumine usque ad
terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Aethiopes:
* et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulae munera
offerent: * reges Arabum et Saba
dona adducunt.

Et adorabunt eum omnes reges
terrae: * omnes gentes servient ei:
Quia liberabit pauperem a potestate:
* et pauperem, cui non erat
adjutor.

Parcet pauperi et inopi: * et
animas pauperum salvas faciet.

Psalam 71.

Bože, daj Kralju svoju sudačku
vlast: * i svoju pravdu Kraljevu
Sinu:

Da sudi tvojem narodu u pravdi, *
i tvojim siromasima s presudom.

Neka gore prime mir narodu: * i
brjegovi pravdu.

Sudit će siromasima naroda i
spasiti će djecu siromaha: * i
poniziti će klevetnika.

I ostat će sa suncem, i prije mje-
seca, * od naraštaja do naraštaja.

Sići će kao kiša na runo: * i kao
pljuskovi koji kapaju na zemlju.

U njegove dane svanut će pravda,
i obilje mira: * sve dok se ne
ukloni mjesec.

I vladat će od mora do mora: * i
od rijeke sve do krajeva zemlje.

Pred njim će se Etiopljani pro-
strijeti: * i njegovi će neprijatelji
lizati zemlju.

Kraljevi Tarza i stanovnici otoka
prikazat će darove: * kraljevi
Arapa i Sabe donijet će poklone.
I klanjat će mu se svi kraljevi
zemlje: * svi će mu narodi služiti:
Jer će osloboditi siromaha od
moćnika: * i siromaha kojemu ne
bijaše pomoćnika.

Oprostit će siromahu i nevoljni-
ku: * i spasiti će duše siromaha.

Ex usúris et iniquitáte rédimet
ánimas eórum: * et honorábile
nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Ará-
biæ, et adorábunt de ipso semper:
* tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in
summis móntium, superextollé-
tur super Líbanum fructus ejus: *
et florébunt de civitáte sicut fæ-
num terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in
sæcula: * ante solem pérmanet
nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes
tribus terræ: * omnes gentes
magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus, Deus Israël,
* qui facit mirabília solus:

Et benedíctum nomen majestátis
ejus in ætérnum: * et replébitur
majestáte ejus omnis terra: fiat,
fiat.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et
semper, * et in sæcula sæculó-
rum. Amen.

Otkupit će njihove duše od lihve
i nepravde: * i njihovo je ime
časno pred njim.

I živjet će, i dat će mu se od zlata
Arabije, i klanjat će se njemu uvi-
jek: * blagoslivljat će ga čitavoga
dana.

I bit će svod na zemlji na vrho-
vima gora, njegov će plod nadvi-
siti Libanon: * i cvjetat će oni iz
grada kao trava zemlje.

Bilo ime njegovo blagoslovljeno
dovijeka: * njegovo ime ostaje
pred suncem.

I blagoslivljat će se u njemu sva
plemena zemlje: * svi će ga na-
rodi veličati.

Blagoslovljen Gospodin, Bog
Izraelov, * koji jedini čini čudesa:
I blagoslovljeno ime veličanstva
njegova dovijeka: * i ispunit će
se njegovim veličanstvom čitava
zemlja: tako neka bude, tako
neka bude.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu
Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i
sada, i vazda, * i u vijeke vje-
kova. Amen.

FERIA V IN CENA DOMINI

Dicitur absolute et sine cantu:

☩. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Deinde Pater noster, totum secreto. Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua sacerdos signo crucis benedicit mensam: nec dicitur Jube, domne nec Tu autem.

In fine repetitur:

☩. Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem.

Postea ps. 50. Miserére mei, Deus. Quo finito, sine versu Glória Patri, secreto dicitur Pater noster.

Deinde sacerdos dicit absolute orationem.

Oratio

Réspice, quáesumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre tormentum.

Et non pronuntiatur Qui tecum nec Fidélium ánimæ; sed secreto dicitur Pater noster, nec additur Deus det nobis suam pacem.

NA VELIKI ČETVRTAK

Kaže se odmah i bez pjevanja:

☩. Krist je postao za nas poslušán sve do smrti.

Zatim Oče naš, u cijelosti potiho. Nakon što se izmoli, svećenik bez ikakvih riječi blagoslovi stol znakom križa: i ne govori se Jube, domne ni Tu autem.

Na kraju se ponovi:

☩. Krist je postao za nas poslušán sve do smrti.

Nakon toga, moli se psalam 50. Miserére mei, Deus. Kad se dovrši, bez stiha Slava Ocu, potiho se izmoli Oče naš.

Odmah zatim svećenik govori molitvu.

Molitva

Pogledaj, molimo, Gospodine, na ovu svoju obitelj za koju se Gospodin naš Isus Krist nije ustručavao predati u ruke grešnika i podnijeti muku križa.

I ne govori se Koji s tobom ni Duše vjernih mrtvih; nego se potiho izmoli Oče naš, a ne dodaje se Neka nam Bog podari svoj mir.

FERIA VI IN PASSIONE ET MORTE DOMINI

Eodem modo fit sicut in Cena Domini, sed versus dicitur ut infra:

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

SABBATO SANCTO

Dicitur absolute et sine cantu:

Príncipes sacerdotum et pharisæi muniérunt sepúlcrum, signantes lápidem, cum custódibus.

Deinde Pater noster, totum secreto.

Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua, sacerdos signo crucis benedicit mensam: nec dicitur Jube, domne, nec Tu autem.

In fine repetitur:

Ÿ. Príncipes sacerdotum et pharisæi muniérunt sepúlcrum, signantes lápidem, cum custódibus.

Postea psalmus 50 Miserére.

Quo finito, sine versu Glória Patri, secreto dicitur Pater noster.

NA VELIKI PETAK

Obavlja se na isti način kao na Veliki četvrtak, ali se zaziv govori kao dolje:

Krist je postao za nas poslušan sve do smrti, i to do smrti na križu.

NA VELIKU SUBOTU

Govori se odmah i bez pjevanja:

Glavari svećenički i farizeji utvrdiše grob, zapečativši kamen zajedno sa čuvarima.

Zatim Oče naš, u cijelosti potiho.

Nakon što se izmoli, svećenik bez ikakvih riječi blagoslovi stol znakom križa: i ne govori se Jube, domne ni Tu autem.

Na kraju se ponovi:

Ÿ. Glavari svećenički i farizeji utvrdiše grob, zapečativši kamen, zajedno sa čuvarima.

Nakon toga moli se psalam 50. Miserére.

Kad se dovrši, bez Slava Ocu, potiho se izmoli Oče naš.

Deinde sacerdos dicit absolute orationem:

Oratio

Concéde, quásumus, omnípotens Deus: ut, qui Fílii tui resurrectiōnem devóta exspectatiōne prævenimus; ejúsdem resurrectiōnis glóriam consequámur. **Et sub silentio concluditur:** Per eúndem Christum.

Ubi tamen celebratio vigiliae paschalis anticipetur ad horas ante mediam noctem, et refectionem fieri contingat post celebratam vigiliam, benedictio mensae fit ut infra pro die Paschae.

IN DIE PASCHAE

et deinceps usque ad cenam sequentis sabbati exclusive, ad benedicendam mensam dicitur:

Ÿ. Hæc dies, quam fecit Dóminus, allelúja.

R. Exsultémus et lætémur in ea, allelúja.

Glória Patri.

In fine repetitur:

Hæc dies **cum** Glória Patri.

Ps. 117 Confitémini Dómino **vel ps.** Laudáte Dominum, omnes gentes.

Odmah zatim svećenik govori molitvu:

Molitva

Podaj, molimo, svemogući Bože, da mi koji pobožnim očekivanjem prethodimo uskrsnuće Sina tvoga, postignemo slavu istoga uskrsnuća. **I zaključi se potiho:** Po istom Kristu.

No, gdje se celebracija uskrsnog bdijenja anticipira na sate prije ponoći, i dogodi se da se objed obavlja nakon što je proslavljeno bdijenje, blagoslov jela se obavlja kao dolje na dan Uskrsa.

NA DAN USKRSA

i zatim sve do večere sljedeće subote isključivo, kod blagoslova stola [jela] govori se:

Ÿ. Ovo je dan što ga učini Gospodin, aleluja.

R. Kličimo i radujmo se u njemu, aleluja.

Slava Ocu.

Na kraju se ponovi:

Ovo je dan **uz** Slava Ocu.

Psalam 117. Confitémini Dómino **ili psalam 116.** Laudáte Dóminum, omnes gentes.

Psalmus 117

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sáeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus: * quóniam in sáeculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in sáeculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniam in sáeculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: * et exaúdívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timebo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quam confídere in hómine:

Bonum est speráre in Dómino, * quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut ignis in spinis: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: * et Dóminus suscepit me.

Psalam 117.

Hvalite Gospodina jer je dobar: * jer je do vijeka milosrđe njegovo.

Neka kaže sada Izrael da je dobar: * da je do vijeka milosrđe njegovo.

Neka kaže sada dom Aronov: * da je do vijeka milosrđe njegovo.

Neka kažu sada oni koji se boje Gospodina: * da je do vijeka milosrđe njegovo.

Iz nevolje zazvao sam Gospodina: * i Gospodin me je uslišio i izveo na čistinu.

Gospodin mi je pomoćnik: * neću se bojati što će mi učiniti čovjek.

Gospodin mi je pomoćnik: * i ja ću prezreti moje neprijatelje.

Bolje je pouzdati se u Gospodina, * nego pouzdati se u čovjeka:

Bolje je ufati se u Gospodina, * nego ufati se u vladare.

Svi me narodi opkoliše: * i u ime Gospodnje osvećen sam nad njima.

Okružujući me opkoliše me: * i u ime Gospodnje osvećen sam nad njima.

Opkoliše me kao pčele, i razgorješe se kao ogranj u trnju: * i u ime Gospodnje osvećen sam nad njima.

Udaren nagnuh se da padnem: * i Gospodin me prihvati.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus: * et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis, et salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus: * et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiae, ingrèssus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * et factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes: * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, o Dómine, bene prosperáre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Gospodin je jakost moja i hvala moja: * i postao mi je spasenje.

Glas klicanja i spasenja * u šatorima pravednika.

Desnica Gospodnja pokaza moć: desnica me Gospodnja uzvisi, * desnica Gospodnja pokaza moć.

Neću umrijeti nego živjeti * i kazivat ću djela Gospodnja.

Kažnjavajući me Gospodin me kaznio: * i nije me predao smrti.

Otvorite mi vrata pravde; ušavši na njih hvalit ću Gospodina: * Ovo su vrata Gospodnja, pravednici će na njih ući.

Hvalit ću te, jer si me uslišio, * i postao si mi spasenje.

Kamen koji odbaciše graditelji: * on postade kamen zaglavni.

To je učinio Gospodin, * i divno je u očima našim.

Ovo je dan što ga učini Gospodin: * kličimo i radujmo se u njemu.

O Gospodine, spasi me; o Gospodine, daj dobar napredak: * Blagoslovljen koji dolazi u ime Gospodnje.

Blagoslivljali smo vas iz doma Gospodnjeg: * Bog je Gospodin, i on nas je obasjao.

Ustanovite svečani dan u gustim granama, * sve do ruba žrtvenika.

Deus meus es tu, et confitebor tibi: * Deus meus es tu, et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me * et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus: * quoniam in seculum misericordia ejus.

Glória Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in secula seculorum. Amen.

Ti si Bog moj, i hvalit ću te: * ti si Bog moj, i veličat ću te.

Hvalit ću te jer si me uslišio * i postao si mi spasenjem.

Hvalite Gospodina jer je dobar: * jer je do vijeka milosrđe njegovog.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijekove vijekova. Amen.

IN ASCENSIONE DOMINI

usque ad vigiliam Pentecostes exclusive:

V. Ascendit Deus in jubilatione, allelúja.

R. Et Dominus in voce tubæ, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Ascendens Christus in altum, allelúja.

R. Captivam duxit captivitatem, allelúja.

Glória Patri.

Ps. 46 Omnes gentes, plaudite manibus, **vel ps. 116** Laudate Dominum, omnes gentes.

NA UZAŠAŠĆE GOSPODNJE

pa sve do duhovskog bdijenja isključivo:

V. Uzađe Bog uz klicanje, alleluja.

R. I Gospodin uz glas trublje, alleluja.

Slava Ocu.

Na kraju se kaže:

V. Krist uzlazeći u visinu, alleluja.

R. Odveo je sa sobom roblje, alleluja.

Slava Ocu.

Psalam 46. Omnes gentes, plaudite manibus, **ili psalam 116.** Laudate Dominum, omnes gentes.

Psalmus 46

Omnes gentes, pláudite máni-
bus: * jubiláte Deo in voce exsul-
tatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus,
terribilis: * Rex magnus super
omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * et gen-
tes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: *
spécíem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * et
Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: *
psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus:
* psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: *
Deus sedet super sedem sanctam
suam.

Príncipes populórum congregáti
sunt cum Deo Abraham: * quó-
niam dii fortes terræ veheménter
eleváti sunt.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et
semper, * et in sáecula sæculó-
rum. Amen.

Psalam 46.

Svi narodi, plješćite rukama: *
kličite Bogu u glasu radosti.

Jer je Gospodin uzvišen, strašan:
* Kralj velik nad svom zemljom.

Podložio nam je narode: * i naro-
de pod naše noge.

Izabrao nam je svoju baštinu: *
krasotu Jakovljevu, koju je ljubio.

Uzađe Bog uz klicanje: * i Gospo-
din uz glas trublje.

Pjevajte Bogu našem, pjevajte: *
pjevajte Kralju našem, pjevajte.

Jer Bog je Kralj čitave zemlje: *
pjevajte mudro.

Kraljevat će Bog nad narodima:
* Bog sjedi na svojem svetom
prijestolju.

Vladari naroda skupili su se s
Bogom Abrahamovim: * jer su
se jaki bogovi zemlje žestoko
uzdigli.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu
Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i
sada, i vazda, * i u vijeke vje-
kova. Amen.

IN PENTECOSTE

A vigilia ejusdem inclusive, usque ad cenam sequentis sabbati exclusive:

V. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja.

R. Et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja.

Glória Patri.

In fine dicitur:

V. Repléti sunt omnes Spíritu Sancto, allelúja.

R. Et cœpérunt loqui, allelúja.

Glória Patri.

Ps. 47 Magnus Dóminus, **vel ps. 116** Laudáte Dóminum, omnes gentes.

Psalmus 47

Magnus Dóminus, et laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

NA DUHOVE

Od bdijenja tog blagdana sve do večere sljedeće subote isključivo:

V. Duh Gospodnji ispunio je krug zemaljski, aleluja.

R. I on koji sve obuhvaća, poznaje svaki govor, aleluja.

Slava Ocu.

Na kraju se kaže:

V. Svi su se ispunili Duhom Svetim, aleluja.

R. I počeli su govoriti, aleluja.

Slava Ocu.

Psalam 47. Magnus Dóminus, **ili psalam 116.** Laudáte Dóminum, omnes gentes.

Psalam 47.

Velik je Gospodin i veoma dostojan hvale * u gradu Boga našega, na svetoj gori njegovoj.

Utemeljena je u radosti čitave zemlje, gora Sion, * na sjevernoj strani, grad velikoga Kralja.

Bog će biti spoznat u njezinim kućama: * kada je prihvati.

Jer, evo, okupili su se kraljevi zemlje: * sabrali su se zajedno.

Oni su se gledajući tako zapančili, uznemirili su se, smutili su se: * uhvatio ih je strah.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spírítu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépmus, Deus, misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: * justítia plena est délixtera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent fíliæ Judæ: * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: * et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum et in sáeculum sáeculi: * ipse reget nos in sáecula.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Ondje su bolovi kao rodilje: * žestokim vjetrom razbit ćeš lađe Tarzisa.

Kao što smo čuli, tako smo i vidjeli u gradu Gospodina nad vojskama, u gradu Boga našega: * Bog ga je utemeljio zauvijek.

Primili smo, Bože, milosrđe tvoje, * usred hrama tvojega.

Kao što ime tvoje, Bože, tako i hvala tvoja dopire do krajeva zemaljskih, * pravde je puna desnica tvoja.

Neka se raduje gora Sion, i neka kliču kćeri Judine: * radi sudova tvojih, Gospodine.

Okružite Sion i obuhvatite ga: * pripovijedajte u njegovim tornjevima.

Postavite svoja srca u njegovu snagu: * i podijelite njegove kuće, kako biste pripovijedali drugom naraštaju.

Jer ovo je Bog, Bog naš zauvijek i u vijeke vjekova: * on će vladati nad nama dovijeka.

Slava Ocu i Sinu * i Duhu Svetomu.

Kako bijaše na početku, tako i sada, i vazda, * i u vijeke vjekova. Amen.

Sadržaj

Blagoslov prije doručka.....	1
Zahvala nakon doručka.....	2
Psalam 50.....	3
Psalam 116.....	5
Blagoslov prije večere.....	7
Zahvala nakon večere.....	8
Na Božić.....	9
Psalam 97.....	9
Na Bogojavljenje.....	10
Psalam 71.....	11
Na Veliki četvrtak.....	13
Na Veliki petak.....	14
Na Veliku subotu.....	14
Na Uskrs.....	15
Psalam 117.....	16
Na Uzašašće Gospodnje.....	18
Psalam 46.....	19
Na Duhove.....	20
Psalam 47.....	20

